



DIE XXVIII APRILIS

IN FESTO

SANCTI PAULI A CRUCE

CONFESSORIS.

DUPLEX.

OMNIA DE COMM. CONF. NON PONTIF. PRÆTER EA QUÆ HIC HABENTUR PROPRIA. IN HYMNO MUTATUR TERTIUS VERSUS.

ORATIO.

Dómine Jesu Christe, qui ad mystérium Crucis prædicandum Sanctum Paulum singulari charitáte donásti, et per eum novam in Ecclésia familiam floréscere voluísti: ipsius nobis intercessióne concéde, ut Passiónem tuam júgiter recoléntes in terris, ejusdem frúctum cœlis. Qui vivis.

sed e Castellatio prope Alexandriam Stativorum nobili genere oriundus qua, futurus esset sanctitate clarus innotuit miro splendore qui noctu implevit parientis matris cubiculum, et insigni augustae caeli Reginae beneficio, qua puerum in flumen delapsum a certo naufragio illersum eripuit. A primo rationis usu Jesu Christi crucifixi amore flagrans ejus contemplationi prolixius vacare cepit, et carnem innocentissimam vigiliis, flagellis, jejuniis, potu in sexta feria ex aceto cum felle

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occur.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Paulus a Cruce Uvadae in Liguria natus,

míxto, ac dura quávis castigatióne conté-  
re. Martyrii desidério incensus, exercítui se  
adjunxit, qui Vené-  
tíis, ad bellum Turcis  
inferéndum, compa-  
rabátur; cógnita vero  
inter orándum Dei vo-  
luntáte, arma ultro  
reddidit præstantióri  
militiæ óperam datú-  
rus, quæ Ecclésiæ  
præsídio esse, æter-  
námque hóminum sa-  
lútem procuráre totis  
viribus niterétur. Re-  
vérsus in patriam, ho-  
nestíssimis núptiis si-  
bique deláta pátrui  
hæreditáte, recusátis,  
arctiorem iníre crucis  
sémitam, ac rudi tu-  
nica a suo Episcopo  
indui vóluit. Tum ejus  
jussu, ob eminentem  
vitæ sanctimóniam,  
et rerum divinárum  
scientiam, nondum  
clericus dominicum  
agrum, maximo cum

animárum fructu, di-  
vini verbi prædicatió-  
ne excóluit.

ñ. Honestum fecit  
illum Dominus, et  
custodivit eum ab ini-  
micis, et á seductori-  
bus tutavit illum: \* Et  
dedit illi claritatem  
æternam. γ. Justum  
deduxit Dominus per  
vias rectas, et ostendit  
illi regnum Dei.—Et  
dedit.

#### LECTIO V.

Romam profectus,  
Rtheológicis discipli-  
nis rite imbútus, a  
Summo Pontífice Be-  
nedícto XIII ex obe-  
diéntia sacerdotio auc-  
tus est. Facta sibi ab  
eódem potestáte ag-  
gregándi sócios, in  
solitúdinem recessit  
Argentárii montis,  
quo eum beata Virgo  
jampridem invitáve-  
rat, veste illi simul  
osténsa atrí colóris,  
Passiónis Filii sui in-

signibus decoráta, ibi-  
que fundaménta jecit  
novæ Congregatiónis.  
Quæ brevi, plúrimis ab  
eo tolerátis labóribus,  
præclaris áucta viris  
cum Dei benedictiône  
valde succrévit; a Sede  
Apostólica non semel  
confirmáta, una cum  
Régulis, quas orándo  
ipse a Deo accéperat,  
et quarto áddito voto  
pergrátam dominicæ  
Passiónis memóriam  
promovéndi. Sacras  
Virgines quoque ins-  
tituit, quæ excéssum  
charitátis divinisponsi  
sédulo meditaréntur.  
Hæc inter, animárum  
inexháusta aviditáte  
ab Evangélii prædica-  
tione nunquam defi-  
ciens, hómines pene  
innúmeros, etiam per-  
ditíssimos, aut in hæ-  
resim lapsos, in salutis  
trámitem addúxit.  
Præsertim Christi  
Passiône enarránda  
supérna luce radiánte

mirifica ejus oratiónis  
vis erat, qua una cum  
adstántibus in fletum  
effúsus quælibet obdu-  
ráta corda ad pœni-  
téntiam scindébat.  
ñ. Amavit eum Do-  
minus et ornavit eum:  
stolam gloriæ induit  
eum: \* Et ad portas  
paradisi coronavit  
eum. γ. Induit eum  
Dominus lorícam fi-  
dei, et ornavit eum.  
—Et ad portas.

#### LECTIO VI.

Tanta in ejus pectore  
Talebátur divínæ cha-  
ritátis flamma, ut in-  
dúsius quod erat córdi  
proprius, sæpe véluti  
igne adustum, et binæ  
cóstulæ elátæ appa-  
rúerint. Sacrum præ-  
sertim faciens non pó-  
terat a lácrymis tem-  
peráre: frequenti quo-  
que ecstasi, cum mira-  
vatióne, frui, vultúque  
supérna luce radiánte

conspiciebatur. Quandoque dum concionaretur cœlestis vox, verba ei suggerentis audita fuit, aut sermo ejus ad plura millia passuum intonuit. Prophætiae et linguarum dono, cordium scrutatione, potestate in demones, in morbos, in elementa enituit. Cumque ipsis Summis Pontificibus carus ac venerandus esset, servum inutilem, peccatorem nequissimum, a demoniis quoque conculcandum se judicabat. Tandem, asperrimi vitæ generis ad longam usque senectutem tenacissimus, anno millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, cum præclara monita, veluti sui spiritus transmissa hereditate, alumnis tradidis-

set, Ecclesiæ sacramentis, ac cœlesti visione recreatus, Romæ, qua prædixerat die migravit in cœlum. Eum Pius Nonus Pontifex Maximus in Beatorum, novisque deinde fulgentem signis in Sanctorum numerum retulit.

¶. Iste homo perfectit omnia, quæ locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.

¶. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cœlestia regna

—Quia. Gloria. Quia.  
IN III. NOCTURNO.

*Homil. S. Gregorii in Evang. Designavit Dominus, ut in Comm. Evangelistarum, cum resp. de Comm. Conf. non Pont.*

